



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Rinaldus Palatius, & martyr. cap. XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

posteriori pluuiialis parte, Arma Succie, tres uidelicet coronas aureas in stamine cæruleo, pro uictoriæ suæ trophæo reportat. Ioannes Magnus de Episcopis Upsalie, lib. 1. & alij ad ipso mutati.

**S. RINALDVS PALATINVS,
& Martyr.**

qui Defensor fidei,

Sicut fortis egredietur, & sicut uir præliator suscitabit zelum. Isa. 42. Cap. XL.



QVI sexto huius Rami loco Monachi habitu, Equitisque in Tabula depicti forma conspicitur, is est S. Rinaldus, Franciæ Palatinus, & Martyr; extractione tantum hic à nobis appositus, quod dum ierit pro sacrosanctæ Fidei defensione, magnos sepe contra Infideles labores sustinuerit, ut eadem testantur; & tandem pro pietate tuenda, Monachus iam factus in Monasterio S. Pantaleonis Colonie, ab impiis lapicidis occisus, & in puteum proiectus, cum martyrii palma ad cælos euolauerit, die septimo Ianuarij. Vnde de eo sic quidam Versificator canit;

*Rinaldo il Paladin, figliuol d' Aimone,
Son'io, che à Chiavello, e al Rè Mambrino
E à quanti fur del popol di Macone
Fei sentir di Frisberta il taglio fino.
Tremaua à lo sbarar del mio Leone
L' inimico lontan, come el uicino;
Ma la mia cruda, e tremebonda sorte
Da quattro Murador mi fè dar morte.*

Trittemius de uirill. Ord. S. Bened. lib. 3. c. 249. Molanus in addit. ad Ussardum, & F. Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniæ.